

pria, ac sufficiente virtute potest talem perfectionem communicare effectui. Quo modo n. dare posset causā quod nullo modo in se haberet? Atque hæc rō eadem proportione concludit de qua cunque perfectione possibili vera, ac reali, siue illa actu reperatur in aliqua creatura siue non, nā si possibilis est, non nisi a Deo esse potest: ergo necesse est ut iam nunc sit aliquo modo in Deo, quia nihil potest esse ab ipso nisi quod aliquo modo est in ipso, est ergo de essentia Dei ut in se includat aliquo modo omnem perfectionem entis.

v.
Rō a priori
conclusionis.

Secundo pōt hoc a priori ostendi, quia Deus est primum ens, ut ostensum est: ergo est et sum- mum & perfectissimum essentialiter: ergo de es- sentia eius est ut includat aliquo modo oēm per- fectōem possibilem in tota latitudine entis. Pri- ma consequentia ex terminis fere per se nota est: nā Deus est primum ens cāitate & necessitate ef- fendi, necesse est ut sit etiam perfectiōne primū. Quod et probatur in superioribus est ex eo, qd omnia inferiora entia eo sunt magis vel minus perfecta, quō magis vel minus accedunt ad hoc primum ens: neq; potest in hac rerū inæqualitate ita procedi in infinitū, quin detur aliquod su- premū ens, quod sit cæterotū caput & mensura, quod non pōt esse aliud nisi ipsum ens primum. Est ergo illud summū perfectū. Secunda verō cō- sequētia in principio facta, videri pōt minus eui- dens, quia rectē pōt intelligi qd sit perfectissimū omnium, & non contineat perfectiōnes omnium, sicut homo est perfectissimus omnium anima- lium, & tñ non continet omnium animalium p- fectiōnes. Sed nihilominus consequētia illa probatur. Primō ex præcedente ratiocinatione, quia primū ens non virtutē; est perfectiūs cæteris, sed tāquam primū principium eorum: ut autem res aliqua sit principium alterius, non satis est qd sit perfectior illa, ut per constat, sed necesse est ut p- fectiōnem illius in se contineat aliquo modo, si er- go primum ens est perfectissimum tanquā prin- cipium omnium, non solum est perfectiūs cæteris, sed etiā omnium perfectiōnes in se præhabet.

VI.

Deinde probatur à D. Thom. 1. p. q. 4. ar. 2. ex principio supra probato, quod primū ens est ip- sum esse subsistens per essentiam, ergo claudit in se oēm perfectiōnem efficiendi. Quam rōnem eiusq; propriam vim commodius declarabimus asser- tione sequēte. Nunc aliter probatur illa cōsequē- tia quia primū ens non solum est perfectiūs cō- quæ sunt, sed et omnibus quæ esse possunt: ergo necesse est quod sit perfectiūs omnibus non ut- cunque, sed ut continens in se perfectiōnes om- nium. Antecedēs probatur est, quia primū ens non solum est primum inter ea quæ sunt, sed et inter omnia possibilia. Item quia si esset possibile aliud es perfectiūs, vel illud esset ens necessariū, & sic iā actu esset, vel posset effici ab alio, & hoc nō, quia non a primo ente, cū non possit efficere aliquid perfectiūs, se, ergo non est vilo modo pos- sibile ens perfectiūs, ergo primū ens est perfectis- simum omnium possibilem. Consequētia verō probatur, quia dato quocunque ente quod excedat cætera in perfectiōne, non tñ continet perfectiō- nes omnium, illud non pōt esse perfectiūs omni- ente possibili, quia pōt esse aliud quod non solū sit perfectiūs, sed et contineat reliqua. Neque. n. dici potest hanc continentiam inuoluere repu-

gnantiam aut esse impossibilem, tum quia in re- bus sensibilibus experitur qualitatē vel formā superiorem continere perfectiōnes pluriū infe- riorum, tum etiam quia nulla ratio repugnat, aut impossibilitatis assignari potest, ut magis con- stabit inferius declarando modum huius perfe- ctionis. Ut ergo primum ens sit perfectiūs omni- possibilibus, necesse est ut omnem perfectiōnem possi- bilem in se includat, nam si aliqua perfectiō ef- fet possibilis, & illi deesset, perfectiūs esset illud ens quod illam perfectiōnem simul cum omni- bus aliis haberet. Et propter hæc causam rectē di- xerunt Augustinus, & Anselmus Deum esse ta- le ens, quod maius excogitari non pōt. Et Greg. Nisi lib. de Opifi. homin. c. 1. [Deum esse tale bo- num, quod omne bonum, quod intelligendo, eo- grandioe comprehenditur, exsuperat. Cogitant quod, scilicet, tali cogitatione quæ in te cogitata nō inuoluat repugnantia, sed sit de re vere possibili. Et. n. si cogitatio non sit huius, res cogitata non erit maior, imō nec res erit, sed ens rationis & p- r sus nihil: si aut aliquid maius verē cogitetur, illud erit ens possibile, ergo & necessarium, quia hæc est prima & summa perfectiō eius perfectissi- mi, ergo illud ens erit Deus, & nō aliud quod co- gitabitur minus perfectiūs, est ergo de ratione Dei ut sit ens tā perfectiūs quo maius excogitari nō possit. Et consequenter ut in se includat omnem perfectiōnem possibilem, tota. n. hæc perfectiō verē ac rōnabiliter cogitatur in aliquo vero ente.

Tertio pōt eadem consequentia in hunc mo- dum declarari & confirmari: nam primū ens nō solum excedit reliqua omnia simpliciter, sed etiā simul collecta, neq; virtutē; illa excedit, sed opti- mo modo possibili in genere ens: sed optimus modus superadi reliqua omnia simul sumpta, est continēdo emittentiō modū quidquid est in om- nibus illis. Quod aliter declaratur, nam qñ vna res est perfectior aliis, non tñ continet totam perfectiōnem illorum, quantum absolute sit perfe- ctior, tñ secundum aliquam rationem contingit esse minus perfectam, ut sol est simpliciter nobi- lior luna, & nihilominus luna in aliqua dignitate vel virtute excedit solem. At verō primum ens ita excedere debet, & simpliciter & in omni no- bilitate & perfectiōne reliqua omnia, ut neq; ab- solute, neq; secundum aliquam rationem ab ali- quo superari possit quē modum perfectiōnis & excessus habere non possit nisi omne perfectiō- nem in se contineret. Nisi autē ita excederet om- nia, non esset primum ens sub omni ratione & perfectiōne entis, & consequenter neque ab ipso posset omnis ratio & perfectiō entis manare.

Dices, Hæc ratione p- baretur illud primū ens dīe esse tale ut omnium entium perfectiōnes ita in se contineat, sicut in ipsis sunt, quia tota hæc p- fectiō cogitari pōt in aliquo ente, & hic modus, excedēdi reliqua est perfectior. Respondetur ne- gando sequela, quia non omnes illæ perfectiōnes formaliter sumptæ, spectant ad consuetudinā en- tis perfectiōnem: neq; omnes inter se possibili- biles sunt, neq; cū exacta ac summa rei p- ctione. Unde ad hoc declaratiō rectē distinguunt Theo- logi duplices entis perfectiōnes, quaidam vocant simpliciter simplices, alias vero perfectiōnes sū- quas, seu non simpliciter. Prioris generis sunt, q- neque inuoluunt imperfectiōnem vllam, nec

VII.

VIII. I.
Obiectiō
respondetur.